Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

siue confortauerẽ consiliũ eius. sacra narrat
historia seniores plurimos fuisse ad nõ re
probatos. & iuniores electos. in typũ synagogae & ecclesiae senior cain abicitur. et
abel iunior eligitur. ismahel filius abra
ham alienus a patre est. & isaac iunior
hereditatem accipit. filiorũ quoque isaac
senior esau uenator est. & uagatur in sal
tibus. iunior iacob simpliciter habitat
domũ. unde scriptum est. & in malachia. iacob dilexi. esau autẽ odio habui. & certe
iuxta aptm nihil in matris utero consti
tuti boni uel mali fecerant. nec habebant
meritũ nec offensã. ut alter eligeretur.
& alter abiceretur. nisi in typo ut diximus
synagogae & ecclesiae senior repellit.
& adsumitur iunior. omis inquit naues
maris & nautae earũ fuerẽ in populo ne
gotiationis tyrae. siue in occidente occi
dentis. quomodo dicitur canticũ canti
corũ & sctm sctorũ. & opera operũ. ut
canticũ maius aliis canticis sit. & sctm pro
lixius aliis sctis. opusq; ceteris operibus